

Westerbanio.

(1440)

Temere factum est, et me non hoc agente, vir preestanti-  
sime, quod inter chartulas Gallicanas, quibus te obtundi  
inneperit Schedas futilis, cui in gratiam, si diis placet  
id quod vides insulsi carminis illeni; quod equidem  
inter venatores, et quas in Collibus Belaviae turbas dabant  
natum, equidem spreus semper, aut neglectus, neque de  
viburnis duxi, quae par esset ut cupressulis meis accenseri.  
~~faciam~~ Adeo neque te interprete nunc dignum erat, neque  
adversario. Lucem utique, me audis, non adibit. De cetero  
ignosce Libertati, cuius mihi copiam fecisti, de Catyri nostri  
operibus Emblematum volumen Latino-Belgicum semper  
mihi et (fatebor) unicum in praetio fuit. Neque Navus,  
nisi fallor, in pulcherrimo corpore appareret, nisi Gallica  
insparsisset. Eius rei, si bonum seriem Hartem non  
paenitet, ille quid valeant humeri, quid ferre ve eussent,  
nondum intelligit, amicos certe harum rerum non peni-  
tus ignaros laedet balbuties non pro illa venâ. De tuis  
coram aliquando si voles, et amplior, neque faxo inutilis  
sermo erit. Jam nescivisti me tibi tam familiarem  
esse, sed reuertor eò ubi nuper desii, Hoc voluisti. Vale  
vir nobilissime, et me ama. Haga Com. V. Cal. Apr.

CICICLIV.

(1441)

Westerbanio.

Itane perstas, vir amice, nec mouenti de mantissa Gallica  
fidem habes. Etiam te atque etiam rogo, ne quid praeci-  
pites, quin si quod paginis vacuis destinatis, quid vis  
esto id potius, quam ut exteris te praebas. Minus  
decorum est in hisce talibus aperte proloqui, sacridies  
sunt, ad sacras te remitto. Fatum hoc quod volo, Paulus  
ad Casinthos prima dixit verso sexto Capitis quinti.  
Verbum non amplius addo. Non tute videris. Vale  
et vel hinc me disce tuum. 4. Apr. 1654.  
Gallos times, nec sit pudor, Leoninum est.

P. Scruerio.

Amplissime ac doctissime vir

(1442)

Quas me navis Hagam vexit, postridie quam a te  
discessi, ea pro Musaeo fuit, meditantis inter garrulas  
vectores